



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm II. Si quis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

CAPITVLVM III.

Legebatur.

PARAPHRASIS.

Veluti iniuriam infert Episcopus Clerico sibi subiecto, si ab eo sponfionem obedientie in scripto exigat (vel iuramentum) cum sufficiat verbalis, seu manualis promissio. Ita communiter hunc contractum intelligunt Canonistæ.

SUMMARIVM.

1. *Iniuria infertur obligato, si cautiones superflua ab ipso exigantur.*
2. *Clerici nullam administrationem habentes ad iuramentum obedientie Episcopo præstandum non tenentur, nisi inobedientes & rebelles sint, vel excommunicati.*

NOTANDVM I. Quasi iniuria inferri censetur obligato, si cautiones superflua ab ipso exigantur. Vt si debitor, qui fide dignus est, & ad soluendum idoneus, pro leui debito, supra simplicem promissionem, ad cautionem iuratoriam, vel fideiussoriam adigatur: Multò magis iniuria infertur debitori, si, cum fideiussores vel pignora exhibere paratus sit, in carcerem propter debita ciuilia conijciatur, vti hic Abb. notat n. 1. Felinus in princ. Etenim Iudicem quoque, & Magistratum iniuriam facere posse, & contra eum iniuriarum actione agi, constat ex l. Nec Magistratibus, § 2. ff. de iniurijs.

NOTANDVM II. Non est consuetum, vt simplices clerici, ac beneficiati, seu qui administrationem nullam habent, ad iuramentum obedientie Episcopo præstandum compellantur, c. nullus, § 5. de iureiur. Præterquam si inobedientes ac rebelles reperti sint, vel excommunicati, vti Abb. hic monet, n. 3. & in cit. c. nullus, n. 2. Porro, num Parochi seu Curati, cum inuestiuntur, Episcopo iurare debeant, id pendet ex cuius-

Zzzz

que

Sed qui diutius in Ecclesiæ, alteriusue Reip. obsequijs extiterunt, horum & merita maiora sunt; & maior sapientia, ac peritia. Hæc enim per experientiam acquiritur: Experientia autem per vsum diuturnum comparatur. Atque adedò quidem quod antiquius, idem & venerabilius esse censetur, vt hæc etiam pro Synonimis linguâ Romanâ habeantur, vti constat ex l. postliminium, §. filius, ff. de captiuis, & postlim. reuersis, atque annotauit Andr. Tiraquell. de iure primigeniorum, in præfat. n. 86.

Corollarium. Ex doctrina huius c. infert Innocent. hic. Abb. n. 4. Quod in Conuentibus, in quibus v. g. vacante dignitate nemo est, qui Capitulo præsit, senior Capitulares conuocare solet; (non item punire non accedentes, cum iurisdictione præditus non sit) item congregato Capitulo, propositionem facere; præsentium sententiam exquirere; & in electione Prælati suffragium ante alios dare, denique electionis decretum promulgare. Qua tamen in re cuiusque Ecclesiæ consuetudo attendenda est: cum in iure nihil specificè statutum sit. Videri etiam potest Felinus hic.

CAPITVLVM II.

Si quis.

Vi Episcopi mandato repugnauerit, excommunicari debet.

Intelligitur hoc, si diocæsanus (præsertim Clericus) contumaciter se opponat Episcopi præcepto, atque in re, quæ vel secundum se, vel propter circumstantias, ipsâque repetitis monitiones grauis appareat, tantæque obligationis capax, vti explicauit lib. 1. Theol. moral. tr. 4. c. 14. n. 2. & 3. Et quod hic dicitur de Episcopo, secundum proportionem intelligi etiam debet de alijs

Ecclesiasticis Superioribus,
seu Prælatibus.

* * * *

* * *